



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. XVIII. Ad cap. V. & VI. de officio Legati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

graviter stomachatur Innocentius & severè interpellat Legatum suum à latere, quod motu proprio ausus fuisset Trojanum Episcopum de Trojanâ Ecclesia ad Messanam metropolim transferre, & Ecclesiam Panormitanam subjicere Messanæ, concessò illi jure primatus. Non enim hoc potest Legatus à latere sine Episcopali mandato sedis Apostolicæ. Est enim de reservatis. can. mutationes. can. Episcopus. caus. 7. q. 1.

CAP. XVIII.

Ad cap. V. & VI. de officio Legati.

S U M M A R I A.

- | | |
|------------------------------------|----------------------------------|
| 1. Canonici Eccles. Tranensis eli- | 4. Ecclesia S. Trudonis. |
| gunt Archiepisc. | |
| 2. Oppidum Tranum. | 5. Eucherius Aurelian. episcopus |
| 3. Episcopus Prænestinus. | ubi sepultus. |

*Canonici
Eccles. Tran-
ensis, eli-
gunt Ar-
chiepisc.
Tranum,
urbs.*

Canonici Tranensis Ecclesiæ elegerunt in Archiepiscopum Abbatis Cassinensis. Fratrem. Ita enim omnino legendum esse textus confirmat, et si aliter videtur Alteserræ & Correctoribus Gregorianis. Verba textus: *Litteras quoq;
suas nobis pro fratre dicti Cas. Abbatis deprecatorias destinavit: Tra-
num, Trani, urbs Archiepiscopalis Apuliæ Peucetiaæ maritimaæ.* Vide Cluverium Italæ antiquæ lib. 4. c. XI. pag. 1211. Portuensis Episcopus, tum Legatus in illis partibus electionem examinavit.

*Episcopus
Prænestinus.
Ecclesia S.
Trudonis.*

In c. 6. à Prænestino Episcopo, qui est unus è sex Cardinalibus Episcopis Romano Pontifici immediate subjectis; Onuph. Panv. de Episcop. Titulis & Diaconis Cardinalium. Ecclesia S. Trudonis collata est R. Canonico Metensi. Istud Trudonis monasterium est in Hasbaniâ tractu Leodiensis diœcesis, Benedictinæ familiae, vulgo S. Tron, ibi quiescit S. Trudo, cuius festum agitur 23. Novembbris. Sed & Eucherius Aurelianensis Episcopus, ut habetur in can. quia juxta. 59. caus. 16. q. 1. Prænestinus itaque Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in Galliâ contulit Ecclesiam

S. Tru-

*Eucherius
Aurelian.
episcopus
ubi sepultus*

S. Trudonis R. Canonico Metensi Metensis ergo Archidiaconus, ad quem illius Ecclesiæ præsentatio pertinebat, Canonicum illum super eâdem Ecclesia turbabat. Re cognitâ Pontifex mandavit, ut Archidiaconus desineret molestiam inferre, hac ratione, quod plus juris habeat in concessione prælatus, quam in præsentatione patronus.

C A P. X I X.

Ad cap. VII. de officio Legati.

S U M M A R I A.

- | | |
|-----------------------------------|-----------------------------------|
| 1. Petrus Cardinalis Legatus Pon- | 5. Repudiatur à Philippo Re- |
| tificis sententiam pronunciat | ge. |
| contra Philippum August. | 6. Sententia à Celestino Papa re- |
| Francia. | scinditur. |
| 2. Philippus Augustus dicit uxo- | 7. Idem mandat Innocentius III. |
| rem Regis Daniæ sororem. | 8. Rex & regnum in interdictum |
| 3. Sponsa in Ambianis appulit. | incurrunt. |
| 4. Coronatur ab Archiepiscopo | 9. Rex ab interdicto appellat. |
| Rhem. | |

Hoc valde celebre est rescriptum ad Philippum Augustum, Regem Galliæ. Res gesta hæc est : Petrus Cardinalis, Legatus sedis Apostolicae transiens Burgundiam trans- scenderat montem Apenninum, sententiamque contra Philippum Augustum, Regem Francorum, quam in Franciâ ex præcepto Papæ ferre debuerat, ibi dixit, Regemque cum regno sacriss interdixit. Causa fuit divortium cum Ingelburgâ, Danicâ, Canuti Regis Daniæ sorore, & superinductio Agnetæ Ducis Moraviæ filiâ. Et ut plenius narremus, inter Philippum Augu- stum, Regem Francorum & Canutum VI. Regem Danorum con- venerat, ut Ingelburgam, quam Botildam vocat Rogerius ab Ho- veden annal. par. post p. m. 800. Gelbergam, Paulus Aemilius, Jo- hannes Tilius Isenbergam, sororem Canuti, Canutus Regi Franciæ nuptum daret. Misso Stephano Noviomensi Episcopo ea addu- sta est, præstitis de connubio consummando idoneis cautionibus

Petrus Car-
dinalis Le-
gatus Pon-
tificis sen-
tentiam
pronunciat
contra Phi-
lippum Au-
gust. Franc.

Philip. Au-
gust. dicit
uxorem Re-
gem Daniæ
sororem.

&